



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs  
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

De dupli cultur Dei. tit. 226

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

dem Christi, sine periculo &cetera. Nam cæremoniæ ad externum Dei cultum pertinent: Fides, Spes, Charitas, ad internum.

## DE DUPLICI CULTU DEI.

**N**OTANDUM primò quod cultus Dei duplex est, Interior & exterior. Interior fit fide, spe, & charitate ac cæteris virtutibus spiritus sancti, Gal. 5. Illo enim cultu Deo per intellectum & affectum coniungimur, id est, corde & mente. Exterior est professio quædam, id est, signum cultus interioris, externis qui busdam & corporeis indicijs & ritibus significata ut ceremonia, sacramentum, sacrificium, oratio, &cæ. de troque cultu dicit David Psalm. 83. Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum vivum. Idem non solum fide Deus colitur, sed etiam externis cæremonijs.

Secundò inquiūt: Deus nō indiget nostris cæremonijs. Neque enim Deum illis cogere possumus, vt vel aliquid agat seu omittat, quod sacerdotes Baal sibi persuadere videbantur, quibus à Propheta Helia dicitur, Regum. 18. Clamate voce maiore, forsitan Deus, in diuersorio, aut in itinere est, aut certe dormit, vt excitetur. Respondeo: Sed nos indigemus cæremonijs, vt vires nostras excitemus ad colendum Deum vera fide, spe & charitate, & ad charitatem fraternalm in proximo exercendam nos ipsos commonemus, & nos ad immobilem Trinitatem attrahimus, sicut qui in naui funem ad palum in littore ejiciunt, quo non terram ad se trahunt, sed seiplos ad terram, & nauim mobilem trahunt ad terram immobilem. Sic externis cæremonijs ac ritibus ecclesiasticis crucifixi, sepulcri & vexilli, attrahimus simplices & pueros ad maiores articulos fidei, id est, sepulturæ,

KKk 5

turæ,

turæ, & passionis, & resurrectionis. Sic in ascensione  
& missione spiritus sancti, cum imagine Christi, & sic  
columba &c.

Tertio, omnia externum cultum Dei, Deum ad-  
iijcere, & illi non placere, falsum est. Nam Iohannes in  
cibo & potu ac vestitu Deum coluit exteriū atq; lo-  
co, Matt. 3. non tamen legitur Deum hoc reprobat,  
& publicanus percutit pectus Luc. 18. nec reprehē-  
ditur. Ieiunium & oratio Niniutarum & Regis, ho-  
minum atq; irrationalium animarum, Deum placa-  
uit, Iona 3. cōmendatur Tobias, Tob. 1. cō quod sua  
oblationes attulit Hierosolymam, & pergebat illic  
corpo, cū etiam hoc domi potuisset expeditius  
fide, &c. ordinavit Rex Iosaphat processionem, 2. Pa-  
ralip. 20. Et vicit inimicos, abstinet à cibo regio Da-  
niel, &c. Daniel. 1. Ergo non sunt reijienda externa  
vel opera vel cæremoniæ externi cultus Dei, &c. Nul-  
la ergo cæremonia fit, nullus locus, tempus, gestus,  
quæ diuinis mysterijs adhibentur, sine certo myste-  
rio sunt. Non ergo propter se sunt cæremoniæ, sed  
ad significationem alicuius mysterij.

*DE EO, SANCTA ET SALV-**bris est cogitatio, &c. 2. Macha. 12.***TITVLVS CCXXVII.**

**T**ides Catholica tenet, q; sanctum sit, nō  
falsum: fructuolum, & non frustraneū,  
pro defunctis exorare Dominū Deum,  
vt à peccatis (id est, pœnis peccatorum)  
absoluātur. Subinde in hoc profitemur fidem nostrā  
de futura resurrectione, sicut Propheta Iob 9. dicit:  
Scio quod redemptor meus viuit. Hæc duo quoniam  
clarè habentur 2. Machabæor. 12. ideo Ecclesia credit  
prodefesse suffragia pro defunctis. Postremò, quoniam  
charitas non excidit, 1. Corinth. 13. Et defuncti adhuc  
nostra